



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

5. Magarum & magorum in Thessalia transmutatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

858 Cap. LX. An, & quomodo diabolus alios in monstrositatibus  
tuis ictam. En ut nec ouum ouo similius est, quam hæc historia  
priori: ut meritè eadem videri possit. Quanquam illa in  
Suevia, hæc in Belgio contigisse dicatur. Sed nihil obstat, idem  
bis, & in pluribus locis contigisse: poruit enim talis pica & in  
Suevia, & in Belgio fuisse, ut jam verè de ea dici posset, illud

Poëtæ:

Quid. lib. 1.  
Am, eleg. 8.

*Est quadam (quisang, volet cognoscere lenam,*

*Audiat) est quadam nomine Dipsas anu.*

*Ex re nomen habet: nigri non illa parentem.*

*Memnonis in roseis sobria vidit equis.*

*Illa magas artes Aaaq, carmina nouit.*

*Inq, caput liquidas arte recurrat aquas.*

*Scit bene quid gramen, quid torto concita rhombe*

*Licia, quid valeat virus amantis equa.*

*Cum voluit, toto glomerantur nubila celo:*

*Cum voluit, puro fulget in orbe dies.*

*Sanguine (siqua fides) stillantia sidera vidi,*

*Purpureus luna sanguine vultus erat.*

*Hanc ego nocturnas versam volitare per umbras*

*Suspicio, & pluma corpus anile tegi.*

*Suspicio, & fama est: oculis quoq, pupula duplex,*

*Fulminas, & geminum lumen ab orbe venit.*

*Euocat antiquis proanos atuosoq, sepulchris,*

*Et solidam longo carmine sindit humum.*

V.  
Apul. lib. 2.  
Afini aurei.

Quem morem, & quam artem iam olim in Thessalia fu-  
isse communem Madaurensis Philosophus tradit. Quippe cum  
deterrime versipelles in quodvis animal ore conuerso latenter obre-  
pant; ut ipsos etiam oculos Solis & iustitia facile frustrentur. Nam  
& aues, & ursum, canes & mures, immò vero etiam musca in-  
duunt. Ibi cadaueri custos constitutus, dum aduigilaret, hæc  
sibi accidisse scribit. Cum ecce crepusulum, & nox procella, &  
nox altior, & deinde concubia altiora; & iam nox intempesta, mi-  
hiq, oppido formido cumulantur quidem: cum repente introropeas  
musela contra me constitut, obtutumq, acerrimum in me desinit;  
ut tantillum animalis præ nimia sui fiducia mibi turbauerit animū.  
Denique sic ad illam: *Quin abis, inquam, impurata bestia, tē*

*adimi*

ad tu similes m<sup>u</sup>sculos recondis ante quam nostri vim presentariam experiaris? quin abis? Terga vortit, & cubiculo protinus extemnatur. Expertus est potea, qualis fuerit illa mustela. Atq; sequenti libro nequam ancilla illi indicavit, dominam suam, nocte proxima in anem se plumatara, atque ad suum cupitum deuolaturam, proin se se ad tantae rei spectaculum caute p<sup>r</sup>epararet. Iamq; circa primam noctis vigiliam, inquit, ad superius cubiculum, suspenso & insono vestigio me perducit. Ipsa per rimā oſiorum quampiam iubet spectare: quaſic gesta ſunt. Iam primū omnibus lacinias ſe deuenit Pamphile, & arcula quadam reclusa pyxides plusculas inde depromit. de quīs unius operculo remoto, atque indidem egesta vnguedine, diuq; palmulis ſuis adfricata, ab imis vnguinibus ſe totam ad uſque ſummos capillos perlinit: multumq; cū lucerna ſecretō collocuta, membra tremulo ſuccuſſu quatit. Quis leuior fluctuantibus, promicant molles plumule, crenſunt & fortes pinnula, duratur naſus incurvus; coguntur vngues adunci. Fit bubo Pamphile. Sic edito ſtridore querulo, iā ſui periclitabunda paullatim terrā reſulta; mox in altum ſublimata forinfecus totis alis euolat. Et illa quidem magnis ſuis artibus volens reformatur. Rogauit deinde curiosus Philosophus ancillam, vt ſibi quoq; inde uinctulum partiretur, atque ex homine auem faceret. Quid fit? Illa ſumma cum trepidatione irrepit cubiculum, & pyxidem depromit arcula, inquit author, (qui audiē manus immersit, & hausto vnguine corporis ſui membra perfriuit) Iamq; alternis conatibus libratis brachijs, in anem ſimilem geſtibam. Nec uela plumula, nec uſquam pinnula; ſed planè pili mei crassanur in ſetas, & cutis tenella duratur in corium; & in extimis palmulis, perditu numero, toti digiti coguntur in ſingulas vngulas; & de ſpinā mea termino grandis canda procedit. Iam facies enorū, & os prolixum, & nares hiantes, & labia pendula. Sic & aures immodicuſ horripilant auctibes. Ac, dum ſalutis inopia cuncta corporis mei conſidero, non auem me, ſed aſnum video. Hæc Lucius ex Luciano. Nam uerque aſnum fuit; dum uerque ex Thessalia Arcadiam fecit.

Quod ne Mileſiſ fabulis ascribatur, idem narrant de Badulo, rege Anglorum annales; qui &c tradunt Ambroſij Merlini